



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118316**

§. 96. Germanorum statuta circa Basileense Concilium.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

Sæcul. XV.  
A. C. 1418

§. XCVI.

*Germanorum statuta circa Basileensium  
Concilium.*

*Cochlæ. 1.9.*

Insuper Albertus Basileensis Synodi decreta per totam Germaniam observari voluit. Ast obstabant Principes, qui ad deliberandum adhuc inducias postulabant, eo potissimum nomine, quod hanc in rem jamjam conventus esset indictus, in quo decerneretur, quid pro utilitate publica agendum foret. Enimvero in his comitijs die decima octava Martii Francofordiæ decretum, ut per semestre, cuinam parti adhærendum, consultaretur: interea vero temporis Ecclesiæ juxta juris communis præscripta regerentur.

His ita statutis, S. I. Electores missis ad Basileenses Oratoribus postulabant, ut judicium, quod contra Eugenium traxissent, interim suspenderent: idem quoque petebat Mediolanensium Ducis Legatus, cui omnes Italiæ, ac Hispaniæ Prælati accesserant. Sed Ludovicus Arelaten-  
relaten-  
relaten-

*est, præstolari oportere conventum indictum, in quo statueretur, quid agendum foret, pro utilitate publica, cetera omnia Continuator ex Spondano ferme ad verbum descripsit, hæc vero corruptit.*

relatensis Cardinalis, Synodi Præses u- Sæcul. XV.  
na cum potiori Basileensium parte omnis A.C. 1438.

moræ impatiens, nihilominus in nego-  
tio illo procedendum esse statuit. Ha-  
bita est ergo hanc in rem die vigesima  
octava Maji Congregatio generalis, in  
qua omnium criminationum capita, quæ  
contra Eugenium procusa fuerant, expo-  
ni, & testimoniis comprobari jubeban-  
tur, Regum Castellæ, Arragoniæ &  
Mediolanensis Ducis Oratoribus frustra  
Basileensium ausus reprimere conantibus.

*Sacrum autem Concilium Basileense, inquit Panorm. de  
Panormitanus, utens mansuetudine solita, Concil. Basl.  
licet prædictis consideratis tam nequiter  
perpetratis contra Patres sacri Concilii  
jure potuisset manum ad fortia ponere, &  
ipsum quondam Eugenium illico a Papatu  
deicere, præsertim cum decretum undecimæ  
Sessionis clarissime dictaret, quod sustinens  
suspensionem per duos menses posset a Papa-  
tu dejici: attamen processum inchoatum  
cum magna modestia continuavit servando  
terminos, qui etiam de necessitate servandi non  
erant, ac plurimos testes recipiendo super  
contentis in monitorio, qui etiam de neces-  
sitate recipiendi non erant. Cum plurima  
notorie degenerarent, & apparerent contra  
dictum olim Eugenium, quorum quodlibet ad  
depositionem satis erat aptum & sufficiens,  
illam depositionem distulit per viginti tres  
menses a tempore dicti monitorii, expectan-  
do*

Sæcul. XV. do semper, quod dicitur quondam Eug-  
 A.C. 1438. nius vellet ad cor redire, & Ecclesiam Dei  
 & ejus auctoritatem recognoscere. Hæc  
 verba ex Panormitani calamo profu-  
 xisse constat (\*).

## §. XCVII.

S. R. I. Electorum Legati ad Eug-  
 nium Papam.

Attamen Basileenses adhuc alio ex-  
 cite sententiam in Eugenium Papam  
 pronunciare, illumque exauctorare prohi-  
 bebantur. Miserunt quippe Electores  
 Germaniæ pro pace Papam inter & Ba-  
 fileenses concilianda Legatos, qui Eug-  
 nio persuaderent, ut pro celebranda Ge-  
 nerali Synodo tertium in Germania lo-  
 cum nominari permitteret. Reponebat  
 Eugenius, præstolari se adventum Lega-  
 torum, quos Albertus neo-electus Impe-  
 rator decerneret, ceterum sibi omnino  
 probari, quod in Germania cogeretur  
 conventus, proin se quoque nuntios eo  
 destinaturum, qui pacis negotium com-  
 muni consilio pertractarent. His adde-  
 bat, se etiam consensurum, si aliam pro  
 Synodo urbem designari utilitas Ecclesiæ  
 suade-

(\*) Vide Annotationem ad Lib. CVII.  
 §. LXXII.